



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiorvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

357. An irretito Censuris ecclesiasticis resignari possit beneficium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74494)

cum resignatio fuerit admissa vivente resignante, & effectus ejus solum suspensus auctoritate Papæ, usque ad clericatum resignatarii: & cum conditio concernat solum habilitatem recipientis, qui tempore actus erat inhabilis, satis est, ut in voluntate Papæ, etiam resignante mortuo, fiat habilis. Paris. num. 74.

Quæstio 355. Num resignari possit beneficium ei, qui quidem laicus non est, est tamen factus clericus ab Episcopo non suo, sine consensu proprii Episcopi. Idem est de eo, cui resignatum beneficium, & facta gratia sub dicta clausula: quamprimum factus fuerit clericus; an subsistat resignatio, suscepto clericatu ab Episcopo non proprio?

Respondeo negativè: Sive de eo pariter quod ad hoc loquendum ac de laico. Paris. num. 58. juncto n. 82. citans Rebuff. de pacif. possessor. n. 227. Gemin. cons. 133. &c. quia talis exercitium sui clericatus non habet, seu irrita est collatio talis clericatus quod ad exercitium. c. cum nullus. de tempor. ord. in 6. estque suspensus, & per consequens ei conferri nequit beneficium, aut reservari pensio, juxta DD. in c. quod translationem. de elect. Paris. nu. 60. siquidem paria sunt, non habere characterem ad effectum beneficia consequendi, & habere tali modo, ut careat executione, ut Card. in clem. si qui. q. 17. de etate & qualitate. n. 21. Paris. n. 64. Unde nec resignatio conditionalis purificatur per existentiam conditionis nullius, quia gratia conditionalis est, & in diem characteris ritè suscepti prolata; dum enim Papa contulit in tempore, quo esset clericali characteris ritè insignitus, intellexit, ita eum insigniri debere, ut esset capax gratiæ. Paris. n. 61. & 62. Secus tamen est, seu valebit resignatio, uti & satis est ad effectum executionis clericatus, si proprius Episcopus consenserit aut vel post actum, ratificando illum. Paris. n. 66. juncto n. 87. Porro probari talem licentiam proprii Episcopi assertionem ordinantis, tradit Paris. cit. n. 66. citans Oldr. cons. 15. n. 3. &c. Vel etiam, quia Episcopus ordinans in literis clericatus attestetur de licentia proprii Episcopi. Vel quia proprius Episcopus postea ei ut clerico contulit beneficium, Paris. n. 67. & 68.

Quæstio 356. An beneficium resignari possit criminoso, & infami?

Respondeo primò in genere distinguendo: Si crimen tale est, ut reddat indignum, nulla est resignatio. Paris. l. 4. q. 3. nu. 2. citans Felin. in c. postulasti. de rescript. Sely. de benef. p. 3. q. 11. n. 157. Menoch. de arbitr. jud. casu 202. nu. 37. &c. Secus est, si crimen non reddat indignum. Paris. nu. 3. citans Menoch. ubi ante. Roch. de jurep. v. honorificum. q. princ. ac dicens, hanc distinctionem tradi in c. grave nimis. de preb. & firmatam à Rota in Dertus. sacristia. 10. Feb. 1547. Pro regulâ verò, quæ crimina indignum & inhabilem reddant, ex Lamb. de jurep. p. 1. l. 2. q. 9. nu. 23. hanc tradit Paris. loc. cit. n. 4. ut ea delicta, quæ inducunt privationem, excommunicationem & infamiam juris vel facti, reddant indignum. Et quidem, quòd crimen, ob quod quis privandus venit, inducat hanc indignitatem, ratio est, quòd facilius quis prohibeatur à beneficio consequendo, quam privetur jam ac-

quisito. Paris. n. 5. Quò ad excommunicationem verò, ratio est, quòd excommunicati admitti non debeant ad res Ecclesiæ, cum sint extra Ecclesiam. c. dilectus. de rescript. Paris. num. 6. quò ad infames, quia sunt privandi, ut Lamb. loc. cit. nu. 15. Paris. num. 7.

2. Respondeo secundò in particulari: Resignari non posse. Primò beneficium homicidæ. Paris. n. 8. citans Rebuff. de pacif. possessor. num. 258. Secundò per juro. Paris. nu. 10. juxta c. querelam. de jurejurando. Tertiò hæretico, cum nec ille habere possit beneficium. Paris. nu. 14. extenditur hoc ipsum ad hæretici filios. Paris. n. 15. citans Hojed. de incompt. benef. p. 1. c. ult. num. 6. Quartò Ichismatico. c. nos consuetudinem. d. 2. Paris. num. 18. Quintò sortilego c. 1. de sortileg. cum comparetur hæretico. Paris. à num. 21. Sextò sacrilego, cum neque is consequi possit beneficium. c. venerabilem. de elect. Paris. nu. 23. citans Abb. & alios in c. conqueilus. de foro comper. Septimò falsario literarum Apostolicarum. c. ad falsariorum. de crimine falsi. Paris. n. 24. Octavò uturario publico, utpote incapaci obtinendi beneficium. c. de Petro. d. 47. Paris. nu. 26. citans Rebuff. de pacif. poss. n. 281. quia, ut idem ibid. est infamis. Nonò apostata. Paris. n. 30. Undecimò reo laici majestatis. Paris. n. 29. Duodecimò lufori ludorum prohibitorum non posse resignari beneficium curatum, tradit Paris. n. 65. testans sic resolutionem à Rota in Pampilonens. Paroch. 21. Maii 1574. cum aleator indignus sit, cui conferatur beneficium: & si est publicus, nulla sit ipso jure collatio illi facta; & si est occultus, facta ei collatio sit irritanda. Paris. nu. 67. ex Abb. & aliis in c. inter dilectos. de excess. Prælator.

3. Respondeo tertio: Notoriè infami resignari nequit beneficium. Paris. loc. cit. n. 43. citans Abb. Hojed. Rebuff. &c. Porro Papa admittendo resignationem in favorem dictorum inhabilium, tamen sciat inhabilitatem non videri cum iis dispensare, stante regulâ Cancell. 46. (ubi hac habentur: Item per quamvis signaturam in quavis gratia nullatenus dispensatio veniat, nisi dicta gratia totaliter effectum hujusmodi dispensationis concernat, vel aliis nihil conferat aut operetur.) tradit Paris. loc. cit. n. 63. & 64. dicens, id esse valde notandum; cum aliis communiter scribant DD. Papam vel Imperatorem promovendo inhabilem, censerit cum eo dispensare.

Quæstio 357. An irretitis censuris Ecclesiasticis resignari possit beneficium?

Respondeo primò: Non potest resignari beneficium excommunicato. Paris. l. 4. q. 3. n. 44. dicens sic resolutionem à Rota in Gnesnens. Præceptor. 23. Mart. 1547. Similiter permutationem beneficii factam excommunicato, vel cum excommunicato esse nullam, tradit Paris. loc. cit. n. 45. citans Covar. in c. aliqua mater. p. 1. c. 7. num. 2. Colman in pragm. sanct. rit. de collat. 5. in super. cum collatio facta excommunicato sit ipso jure nulla c. postulasti. de clerico excomm. Paris. num. 47. citatis plurimis. Idque etiam postmodum secuta fuisset legitima absolutio. Paris. nu. 50. citans Archid. in c. postulasti. plura de hoc vide infra, ubi, an cum excommunicato fieri possit permutatio. Limitanda tamen responsio: nisi in provisione facta in favorem excommunicati (idem est de aliis, censuris irretitis; puta, suspensus &c.) apponatur clausula apponit

apponi solita in literis Apostolicis: *reque à quibusvis &c.* hac enim caluſula tollit impedimentum proveniens ex censuris, Paris. nu. 53. citans Nav. conf. 28. n. 18. in sine. & n. 21. de sent. excomm.

2. Respondeo secundò: multò minùs resignari potest beneficium in favorem excommunicati inſorſcentis in excommunicatione, seu per annum ſuſtinentis illam animo obdurato; cum is ſimilis ſit hæretico juxta Trid. ſeſſ. 25. c. 3. Paris. à n. 54. Neque in hoc caſu inſorſcentiæ valet resignatio admiſſa cum dicta abſolutione à censuris poni ſolita in literis Apostolicis. Paris. n. 57. citans Rotam in *Seguntina Canoniciatùs*. Idque in odium ipſius, qui videtur parvi pendere cenſuras, unde in regula Cancell. de inſorſcent. Sixti V. ſic ſtatutum eſt: *ne præſtetur occaſio cenſuras ipſas vilipendendâ, & inſorſcenti in illis, ne generales abſolutiones appoſita in literis ſuffragentur hiſ, qui ſcienter excommunicatiõnis ſententiã per quatuor meſes ſuſtulerint &c.* ex qua regula, ut Paris. nu. 57. factis colligitur, quòd excommunicato ità demum ſuffragetur dicta abſolutio apponi conſuea in literis, ſi non ſuſtinuerit excommunicationem ultra quatuor meſes.

3. Respondeo tertio: neque ſuſpenſo ab officio & beneficio potest resignari beneficium; cum ſit beneficio indignus propter prohibitam executionem ordinis. Paris. n. 59.

4. Respondeo quarto: neque irregulari resignari potest beneficium; cum rãta ei collatio ſit nulla. *c. in cunctis, de elect.* Covar. in *c. alma mater*, p. 1. §. 7. n. 1. Rebuff. de pacif. poſſ. n. 28. & irregularis nequeat retinere beneficia acq̄uſita poſt irregularitatem, ut Nav. conf. 3. de homicidio; eſt, ut dictum aliàs, ob irregularitatem ſupervenientem non vacent ipſo jure, ut Nav. conf. 3. de homicidio. Paris. à n. 32. ſubdens n. 40. ex Nav. conf. 66. n. 1. de ſent. excomm. collationem factam irregulari non valere, etiamſi poſita fuerit dicta clauſula: *abſolventes te à cenſuris &c.* quia Papa non videtur abſolvere ab irregularitate, niſi exprimat. Paris. nu. 41. ex Nav. in man. c. 27. n. 25. 4.

Quæſtio 358. An poſſit beneficium resignari ſenibus, infirmis, mente capis, illiteratis?

1. Respondeo ad primum affirmativè. Paris. l. 4. q. 8. n. 3.

2. Respondeo ad ſecundum affirmativè; modò tamen infirmitas non ſit longi temporis, qua que impediatur, ut præſtetur ea non poſſit, qua beneficium requirit. Paris. l. 4. q. 8. n. 1. & 2.

3. Respondeo ad tertium negativè; collatio enim facta turioſo habetur pro non facta. Paris. l. 12. q. 4. n. 1.

4. Respondeo ad quartum: penitus illiterato & ignorant non potest resignari beneficium. quia eſt beneficio indignus, & collatio ei facta non tenet. Paris. cit. q. 4. n. 2. Idque intelligendum, ait Paris. *ibid.* n. 4. de eo, qui eſt Analphabetus, seu qui prima grammatices rudimenta non didicit; uti & hunc defectum eſſe indiſpenſabilem ait n. 5. ex Felin. in *c. inquisitionis, de ſent. excomm.* Major. de irregular. l. 1. c. 32. &c. eò quòd, ut idem Paris. loc. cit. nu. 7. ex Turrecrem. in *c. ſi in laicis, d. 38.* literatura requiritur jure divino.

**

Quæſtio 359. An beneficia resignari nequeant iis, qui non intelligunt, & intelligibiliter loqui ſciunt idioma loci, ubi ſunt beneficia: vel etiamſi iſciant, ſunt tamen exteri à regno vel civitate?

1. Respondeo ad primum: Resignari nequeunt iis beneficia curata. Paris. l. 12. q. 7. num. 5. juxta reg. Cancell. de *idiomat.* quæ eſt 19. producta à Gregor. XIII. annullantem provisionem, mandatum de providendo, & gratiam de tali beneficio ignorantia idioma. Sarnenſ. & Mandol. ad eand. reg. plura adducunt ad hujus materiæ declarationem, uti & Hojed. de *incompat. p. 1. c. ult. à n. 43.* Et inter cetera, quòd nomine beneficii curati hinc intelligatur quodcunque beneficium habens exercitium cura animarum Parochianorum. Chok. ad dictam reg. n. 7. Item Episcopatus, Archiepiscopatus, Patriarchatus; cum nomine beneficii in materia favorabili & juri conſona veniant & hæ dignitates. Quamvis hodie, dum conferuntur per Papam conſiſtorialiter, & cauſa cognita, cenſeantur proviſi tacitè ad illas diſpenſari; eſt ſi rariffimum, ut alienigenis conferantur. Chok. loc. cit. nu. 8. comprehenduntur item hæc regulâ Vicarii perpetui. Chok. n. 10. ex Gomeſ. *hic q. 11.* Item beneficia electiva. Chok. *ibid.* ex Mandol. *hic q. 2.* Item commendæ. Chok. n. 9. citans Gomeſ. q. 5. Rebuff. ad hanc reg. gl. 2. n. 2. Gonz. ad reg. 8. gl. 5. §. 8. n. 22. contra Simonet & Crescentium. Locum quoque habet hæc regula in Ordinariis, imò & legatis Apostolicis, ita ut non valeat proviſio talis beneficii, ab iis facta ignorantia idioma populi. Chok. n. 14. citans Gomeſ. *hic q. 6.* auctorem comment. Analyt. *hic n. 42.* eò quòd, ubi Papa voluntatem vel potestatem tuam limitavit, cenſeatur & limitaffe facultatem ſui legati *c. in generali, de reg. juris in 6.* contra Mandol. *hic q. 3. n. 14.* quem ſequitur Azor. p. 2. l. 5. c. 28. q. 11. (quamvis is addat, ignarum linguæ non eſſe idoneum ad docendum & monendum populum, quod tamen officium eſt Reſtoris Eccleſiæ; adeòque expedire revera, ne legatus tali ignorantia conferat beneficium) cenſentes, hanc regulam ſolum loqui de beneficiis, quæ auctoritate Papæ providentur, ac proinde penam in ea conſtitutam non trahi ad Ordinarios vel Legatos beneficia conferentes. Ceſſaret tamen diſpoſitio hujus regulæ, ubi Papa ex certa ſcientia, & motu proprio conferret Parochiam non intelligenti idioma, eò quòd præſumatur diſpenſatio. Chok. n. 16. ex Gloſſatore antiq. & Mandol. *hic q. 5. & 6.* contra Gomeſ. q. 12. & Auctorem comment. Analyt. *hic nu. 143.* Multòque magis ceſſaret dicta diſpoſitio hujus regulæ, ubi Papa diſpenſat per reſcriptum, etiamſi diſpenſaret per gratiam *perinde valere*, modò in ea ſint expreſſa illa, quæ debent exprimi. Chok. n. 16. juncto n. 18. citans Rebuff. in *pr. ad hanc reg. gl. 2. n. 15.* & in *addit. ad hanc reg. in sine*, ubi etiam habet formam, ſub qua reſcribit Papa, in hoc caſu diſpenſans. Denique ceſſare hanc regulam in collatione aliorum beneficiorum, nempe non curatorum, tradit Chok. n. 15. remittens ad Guimier. in *pragm. Sanct. in proam. v. exererorum.*

2. Respondeo ad ſecundum: beneficium (intellige, etiam ſimplex) non potest resignari extero à regno, ubi viget conſuetudo immemorialis vel privilegium Papæ, ut exterus ibi habere nequeat beneficium. Paris. l. 4. q. 7. n. 1. uti teſtatur de Hiſpania Covar. c. 35. *pract. qq. n. 5.* & de Gallia Rebuff.